

67
 pbat q̄ nō licet sacerdoti etiā curā animarū non habenti om̄ino cessare a celebratione. Quia s̄m Gregoriū. cum crescunt dona crescunt rationes donorū. sed sacerdoti data est potestas nobilissīma ergo reus negligentie erit nisi illa vitā ad honorem dei et ad salutē suam et aliorū viuorum et mortuorū. s̄m illd. j. Petri. iij. vnusquisq̄ gr̄az quā accepit in alterutrum illā administrātes. r̄c. Nisi forte aliquis ex familiari spū sancti instin/cu dimittit. sicut legi de quodā sancto p̄ei vitā patrū qui ordinat⁹ nunq̄ postea celebrauit h̄ scūs Tho. in. iij. vbi supra et p̄optime. s̄ d̄ bona ratione sepe tenet celebrare vt satis faciat. Sed modo volūt habere magnos reddit⁹ et celebra-re paucas missas. Nū celebrāt semp videntē dicē missam nouā. Sicut. ipi religiosi tenent celebra-re qui recipiūt elemosynas. et nunquid vos reci-pitis maiores elemosynas q̄ religiosi. Nunqd̄ reddit⁹ quos recipitis sunt de patrimonio v̄ro vel de elemosynis. Nunqd̄ pater dimisit ipsas vobis in testamento. Ecce q̄re dicit beat⁹ q̄ non fuerit scandalizatus in me. Sed vitā hoc scan-dalum fideliter et deuote sumēdo christū iux̄ suā ordinationē. ps̄. cxviii. Pax multa diligentib⁹ legē tuā et nō est illis scandalū.

Sermo quartus

Existis videre

arundinē vento agitatā. Mat. xj. Thema p̄positum iuxta intel-lectuz allegoricū dat mihi moti-uum p̄dicādi de fide catholica. S̄ p̄mo salutē x̄go maria r̄c. Declaret̄ thema ad l̄ram. **Mo-**do iuxta intellectū allegoricū seu figurālē qui est quādo hō loquit̄ de illis que debet credē. volēs ḡ vobis loqui de scā fide catholica volo vobis tria declarare in p̄nti s̄mone de scā fide.

Primo de sua v̄a p̄ditōe qz dic̄ arūdinē. **S**c̄do d̄ sua dura ipuḡtōe qz dic̄ v̄eto agitatā **T**ertio de sua certa p̄batione ibi existis vidē **P**rimū qd̄ volo vobis declarare de fide ē d̄ sua vera cōditione. quia dicit̄ thema arundinē **A**rūdo eīn significat̄ fidem catholicā p̄pter tria que habet. **P**rimū qz cannutorū diuersitatez siue multiplicitatez. **S**ecūdo cannutorū vacuitatez **T**ertū foliorū venustatem que optime cōueni-unt fidei. **P**rimo arundo habet cannutorū mul-tiplicitatē. **S**ec̄ de lancea que est vniformis nec habet cannos. Ecce h̄ p̄ma cōditio fidei. s̄ articu-lozū diuersitatē seu multiplicitatē. **F**ides quam de deo habuerunt p̄bi erat vt lancea vniformis. qz nō erat diuisa p̄ articulos. sed q̄ erat vn⁹ de⁹. vna p̄ma causa. vn⁹ p̄m⁹ motor. vnū p̄mū p̄nci-pium. **I**dē de fide iudeozū quā habebāt de deo ex legemoyfi. **A**udi israel dominus deus tuus de⁹ vn⁹ ē. **D**eusi. vj. **S**ed fides nostra christiana non est vt lancea vniformis. sed ad instar arun-

dinis diuisa et multiplicata per articulos. xiiij. q̄ rum septem p̄tinent ad christi diuinitatem et alij septem ad christi humanitatem. **Q**uoniam ille idē deus quem philosophi et iudei dicunt eē vnū nos etiam christiani dicimus vnū esse in essentia sed trinum in p̄sonis scz patrem filium et spiritū sanctum. **E**t potest ostendī in sole vno in quo est pater filius et spiritus sanctus r̄c̄ **S**eptem autem articuli p̄tinentes ad diuinitatem sunt isti. **P**ri-mus est creator omniū visibilium rerum et inuisi-bilium corporalium et spiritualium. **S**ecundus q̄ est iustificator peccatorū penitentū. **T**ertius q̄ est resurrectio omniū hominum in die iudicij. **Q**uartus q̄ est retributor iuxta merita omnium bonozū et malozū. et sic de alijs. **A**lij septem perti-nent ad christi humanitatem. **P**rimus est de ip-sius incarnatione. **S**ecundus de eius natuuitate. **T**ertius est de eius passione vt saluaret om-nes sibi credentes et obedientes. **Q**uartus de de-scensu eius anime ad inferos. **Q**uintus de eius resurrectione tertia die post mortem facta. **S**e-xtus de eius ascensione. **S**eptimus de ei⁹ aduen-tu ad iudicium ad iudicandum bonos et malos. **D**e ista enumeratione articulozū fidei sanctus **T**ho. facit vnū argumētū. sc̄da sc̄de. q. j. arti-cul. viij. in quo. xiiij. articulos ex parte credibilium ponit. **E**cce ratio quare fides dic̄ arundo. quia ad instar arundinis diuisa et distincta est per cā-nutos. s̄ articulozū fidei. **D**e hac arundine fi-dei **A**utoritas. **Q**ui loquebat̄ mecum habebat mensuram arundineam auream vt metretur ci-uitatem et portas eius et murum. **E**t ciuitas in q̄ dro posita est et longitudo eius tanta est quāta et latitudo. et mensus est ciuitatem de arundine au-rea per stadia duodecim milia **A**pocal. xxi. **N**ota qui loquebat̄ mecum scz filius dei quia ille fu-it nobis locutus de fide quam tenemus **E**cce cer-titudo fidei christiane. **M**oyfes fuit locutus iu-deis de hoc quod audiuit sed non vidit. sed no-bis locutus est filius dei qui omnia vidit. **I**deo apostolus dicit. **M**ultipharie multisq̄ modis olim deus loquens patribus in prophetis no-uissime. s̄ dieb⁹ istis locutus est nobis in filio. ad **H**eb. j. **E**t ipse filius dei habet arundinem aure-am in manu. scz fidem catholicam que auruz pu-rum colat et probat in fornellis apostolorū mar-tyrū et doctoz. **C**ui⁹ mēsurā ē. xiiij. articulozū fidei p̄dictozū q̄b⁹ nihil ē addēdū vt minūedū. **I**ō dic̄ apls. **N**ō pl⁹ s̄ape q̄ oportz s̄ape. s̄ s̄ape ad sobri-etatē et vnicuiq̄ sic diuisit mensurā fidei. ad **R**o. xij. **N**ō cū dic̄ p̄ stadia. xij. **S**i dicat̄ ab aliq̄ vos frat̄ cōputat. xiiij. s̄ ipse fili⁹ dei soluz ponit. xij. **R**ūdeo q̄ d̄ articulis fidei possum⁹ loq̄ dupl̄r vel respectu aploz q̄ publicauert arūdinē fidei q̄ fu-erūt. xij. iō dic̄ p̄ stadia. xij. **S**z quia vnus apls fecit duos articulos. iō sunt. xiiij. **H**ac distincti-onē de nūero articulozū scūs **T**ho. ponit. iij. sc̄p.

87
 2
 3
 2
 2
 Alij
 1
 2
 3
 2
 7
 6
 1

Dominica tertia Aduentus

Dis. xxv. q. j. arti. ij. vbi dicit in principio corporis articuli. q. articuli fidei distinguuntur dupliciter. Uno modo quantum ad ipsa credibilia et sic sunt. xiiij. Alio modo quantum ad ipsos qui articulos distinxerunt. et sic sunt. xij. secundum numerum. xij. apostolorum. Articulus autem est indiuisibilis veritas de deo artans nos ad credendum ut dicit Richardus. Sed quare dicitur. xij. milia. Ratio quia numerus millenarius est numerus perfectus et signat perfectionem fidei christiane. Sed quare articuli dicuntur stadia. Nota quod stadium dicitur tantum spatium quantum ille gygas vocatus hercules poterat transire vno anhelitu. Et dicitur quod ibat currendo sine missione anhelitus quantum essent duo iactus baliste. Sic nos dicendo Credo. in quolibet articulo debemus facere stadium contemplationis. Secunda conditio arundinis est cannuorum vacuitas. Secus de canna mellis quia cannuati sunt pleni. Idem de arundine fidei cuius articuli debent esse vacui ab argumentis et rationibus. Ambrosius. Tolle argumenta vbi fides queritur. Dicit sanctus Thomas. j. parte. q. j. arti. viij. vbi querit. vtrum sacra doctrina. i. theologia sit argumentatiua. in solutione ad primus argumentum respondendo ad verbum beati Ambrosii. allegatum. quod argumenta rationis humane non habent locum ad probandum ea que fidei sunt. Addit tamen quod ex articulis fidei hec doctrina ad alia argumenta. Et ibi supra in solutione ad secundum dicit idem sanctus Thomas. quod argumentari ex autoritate est maxime proprium huius doctrine eo quod principia huius doctrine per reuelationem habent et hec principia sunt articuli fidei. Et sic oportet quod credatur autoritati eorum quibus reuelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrine. Nam licet locus ab autoritate qui fundatur super rationem humana sit infirmissimus locus ut etiam inquit Boetius. Locus tamen ab auctore. que fundatur super reuelationem diuinam est efficacissimus. Hec sanctus Thomas. vbi supra. Dicit etiam idem sanctus Thomas. vbi supra in corpore articuli. quod sicut alie scientie non argumentantur ad sua principia probanda. sed ex principijs argumentantur ad ostendendum alia in ipsis scientijs. Ita hec doctrina non argumentatur ad sua principia probanda que sunt articuli fidei. Sed ex his procedit ad aliud ostendendum. sicut apostolus. j. ad Cor. xv. ex resurrectione christi argumentatur ad resurrectionem communem probandam. Articuli igitur fidei debent esse vacui ab argumentis et rationibus. teste Ambrosio. in libro de sacramentis qui dicit ut predictum est. Tolle argumenta vbi fides queritur. sed crede simpliciter ea que sunt fidei. eo modo quo supra tactum est. Non debes dicere ego credo istum articulum tali argumento vel tali ratione. sed dices quia christus et apostoli hoc predicauerunt et dixerunt. Argumenta et rationes bone sunt ad confortandum intelligentiam sed non ad fundandum credentiam. Augustinus. et alij sancti doctores habebant rationes et argumenta solum ad con-

fortandum intelligentiam. sed non ad fundandum credentiam. imo si tunc fuisset dictum Augustino quare vos creditis trinitatem. Non respondisset. ego credo tali argumento vel ratione. sed respondisset credo. quia christus hoc dixit predicauit et reuelauit. Ideo dicit apostolus. Fides vestra non sit in sapientia hominum. sed argumentis et rationibus. sed in virtute dei. j. ad Cor. ij. De arundine fidei loquens David ecclesie dicebat. In crepa feras arundinis congregatio thaurorum in vaccis populorum ut excludant eos qui probati sunt argento. Ps. lxxvij. Nota increpa feras arundinis. Fere arundinis sunt naturales rationes philosophie vel rationes humane. que sunt pro vel contra. Dicit ergo propheta. Increpa feras arundinis. verbi gratia. Si occurrat imaginationi tue quomodo est possibile quod in hostia sit christus etc. Et quando frangitur hostia quod non frangatur christus etc. Increpa feras etc. Sicut bona mulier malam increpat mulierem ipsam volentem inclinare ad peccatum nec ponit se in rationibus cum ea vel argumentis dicendo quomodo fieret quia perditam essem. sed increpat et viriliter eam expellit. Sic etiam increpandi et expellendi sunt lenones inferni quando loquuntur imaginationi quomodo etc. Si queratur. qui sunt illi qui maxime habent illas feras. Responsio. illi supple qui sunt in vaccis populorum. vacce populorum sunt ecclesie christianorum que nutriunt vitulos. id est. christianos in vita fidei veribus collationis sacramentorum et predicationis euangeliorum. Et veniunt thauri. id est. philosophi qui cornibus logice et philosophie nituntur probare fidem. volentes sustinere regulas philosophie et logice. propter quod cadunt in errores contra fidem. Nota contra illos qui nimis se dant logice et philosophie. et dimittunt sacram. theologiam. Ideo auisando apostolus dicit. Videte fratres ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam. i. logicam secundum traditionem hominum secundum elementa mundi. et non secundum christum. ad Col. ij. Nota ut excludant eos. i. christianos a vera credentia fidei. Qui probati sunt argento. i. fide clarissima a christo et apostolis predicata et publicata. Tertia conditio arundinis est foliorum venustas quam habet Secus de iunco qui est sine folijs. sed arundo est folijs ornata. Sic arundo fidei debet ornari folijs bonorum operum. Quia fides sine operibus mortua est. Jac. ij. Dic quomodo christus in cruce dicit. Sitio. Currens autem vno ex eis acceptam spongiam impleuit aceto et imposuit arundini et dabat ei bibere Mat. xxvij. Sed ille potest non placuit christo. quia arundo non erat ornata folijs sed sicca erat. Talis est fides malorum christianorum que habent arundinem fidei. sed non est ornata folijs bonorum operum nec bone vite. cum spongia exuta que sine charitate cum aceto malicie peccatorum. His rationibus patet quare fides catholica dicitur arundo

Secundum quod volo vobis declarare de fide est sua dura impugnatione cuius dicitur vento agitata. Nota quattuor sunt venti principales qui insurgunt contra arundinem fidei ad diruendum eam. scilicet Orientalis. Occidentalis Septentrionalis. et Meridionalis. Orientalis est presumptio intellectualis. que dicitur orientalis. quia iam a natiuitate sunt acuti et ingeniosi et presumptuosi. Isto vento agitur arundo fidei. quoniam ex presumptione querunt rationes et argumenta ad probandam fidem. et multis est occasio damnationis. Simpliciter autem persone omnia que fidei sunt. credunt firmiter. et non curant de argumentis. de rationibus. nec de disputationibus. et sic de alijs. Nota ad hunc Ioh. ix. de illis qui simpliciter recipiebant doctrinam. sed pharisei et doctores presumptuosi contra dicebant. de quibus dicit christus. In iudicium ego in hunc mundum veni. ut qui non vident videant et qui vident ceci fiant. Nota in iudicium non retributionis pro tunc. sed discretionis ut qui non vident. scilicet simplices et ignorantes videant. Et qui vident. scilicet acuti et presumptuosi ceci fiant. Ruderunt presumptuosi dicentes. Nunquid nos ceci sumus. Dixit eis iesus. Si ceci. id est. ignorantes essetis peccatum non haberetis. Nunc vero quia dicitis quia videmus. peccatum vestrum manet Ioh. ix. Secundo arundo fidei agitur vento occidentali. scilicet seculi occupatione. quoniam persone in omnibus negocijs huius mundi volunt tenere manum vel pedem. sic fides moritur et occidit in cordibus talium. Quia sicut multitudo malarum herbarum suffocat triticum in agro ideo mundatur. sic multitudo negotiorum mundanorum suffocat fidem in corde christianorum. Dicitur autem ventus occidentalis. quia omnia mundi negocia ad fidem tendunt. quia omnia breuiter finientur. Ideo dicitur Luce. viij. Quod semen. scilicet fidei cecidit inter spinas. et simul ex parte spine suffocauerunt illud. Jam multi sunt christiani qui nullam fidem habent intus in corde sed timore non audent ostendere exterius. Tertio agitur vento aquilonari. scilicet conscientie infrigidatione qui non permittit aliquid bonum operari. Et ideo sicut perla perditur in sterquilinio sic margarita fidei perditur in conscientia stercore plena quam vera credentia non potest diu stare cuius mala conscientia. apostolus. Bonam conscientiam quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. j. ad Timotheum. j. Est enim fides ut nauis magna. conscientia vero ut pua barcha. Sed ex mala vita naufragantur id est cadunt infra nauem et barcham et sic pereunt ve illis qui sic cadunt. Quarto agitur vento australi. id est. concupiscentie inflammatione. Ventus australis est calidus et humidus. sic concupiscentia diuitiarum honorum deliciarum carnalium et huiusmodi que intantum ingrossant et indurant conscientiam quod totaliter perdit fidem. quia tanta est auiditas et puritas fidei quod non potest stare cum tanta concupiscentia rerum temporalium. Ideo apostolus Radix omnium malorum est cupiditas quam quidam appetentes errauerunt a fide. j. ad Timotheum. viij.

Nota errauerunt a fide. via paradisi est fides. ij. ad Corinthios. v. per fidem ambulamus. Sed quidam ex excessiua concupiscentia errant circa fidei viam. De hoc figura Dauid. viij. Vidi et ecce quattuor venti celi pugnabant in medio mari super huius mundi contra arundinem fidei. nam cum in omnem terram exiuerit sonus fidei catholice. iam modo his quattuor ventis expulsa est a barbaria tartaria turcia grecia et modo inter christianos agitur. propter hoc dicit christus. Filius hominis veniens superle ad iudicium putas inueniat fidem in terra. Lu. xvij. Ido apostolus vosmetipsos temptate si estis in fide ipsi vos probate. ij. ad Corinthios. vlti. Tertium quod habeo vobis declarare de fide est sua certa probatio cui dicitur. Existis videre. Probatio magis certa est de visu. iuxta illud Ioh. iij. Quod scimus loquimur et quod vidimus testamur. Quia ergo fides christiana habet certissimam probationem dicit Existis videre. Nota qui vult probare aliquam legem diuino debet videre. scilicet quod sit probata per auctoritatem diuinalem. Secundo quod sit obseruata per sanctitatem humanalem. Et tunc ad primum certum est quod deus non est testis mendacium. Num. xxij. Non est deus quasi homo ut mentiar. Si dicat quomodo erimus certi quod deus probet fidem etc. Responsio sicut enim litteris regis credit homo propter hoc quod est ibi sigillum regis impressum. quia alias littera non haberet aliquam auctoritatem. Ita est etiam de fide christiana proprio sigillo dei signata. scilicet miraculis que non possunt fieri nisi a solo deo. Ido Dauid. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis ps. xcij. Secus de lege moysi quia illa miracula etiam per creaturam poterant fieri. ut patet Exod. viij. et viij. ca. Idem etiam de secta machometi. Sed fides christiana est miraculis confirmata que non possunt fieri nisi a deo sicut illuminare cecos curare surdos. suscitare mortuos et huiusmodi que non possunt fieri nisi a deo. Dicit hoc idem sanctus Thomas. j. pte. q. ciiij. q. xiiij. quod solus deus potest per se facere vera miracula. Idem dicit in de po. q. vj. ar. iij. Miraculum enim proprie est propter ordinem totius nature create. j. pte. vbi. supra ad secundum. Unde de angelis et alijs sancti faciunt miracula ministrando et ipetrando ut dicit sanctus Thomas. j. q. xj. iij. xv. et in de potetia. q. vj. iij. Si dicat quomodo sumus certi de hoc quod deus fecerit illa miracula. Responsio quod hoc testatur quattuor euangeliste. xij. apostoli. lxxij. discipuli christi. tot mille doctores ecclesie. Secundo de lege moysi. quod ipsa sola testatur de se. Ecce quare dixit. Existis videre etc. Quia fides catholica debet esse ita certa sicut illud quod videtur ad oculum. Et tunc ad secundum requiritur quod sit obseruata per sanctitatem humanalem. Illud non erit in doctrina antichristi que laxabit gentes ad omnia peccata. Sed

Dominica tertia Aduentus

sicut deus nō potest esse testis mēdacij nec actor iniquitatis. Lex autē immūda et maculata nō est a deo. idō nō excusantur recipientes doctrinam Machometi. In lege etiam Moyſi essent multe stulticie iudicio philosophorū. sed capiunt a nobis figuratiue. Sed in lege christiana nō sunt ibi nisi virtutes et sanctitates. ideo aplūs. Scio cui credidi et certus sum. ij. ad Timoth. j. Partz ergo certissima pbatio fidei christiane. Ecce deo gratias.

Sermo quintus.

Existis videre hominē mollibus vestitum. **M**atth. xj. Scdm̄ diūſos intellectus huius vbi propositi oportet modo p̄dicare de diuersis materijs tam speculatiuis q̄ moralib⁹. Sed p̄mo salutē virgo maria rē. Et declareſ thema lraliter. Deinde h̄ verbū est declarandū tripliciter s̄m tres intellectus mysticos siue spūales.

Primo allegorice seu figuratiue.

Secundo tropologicē seu moraliter

Tertio anagogice seu sup̄naturaliter

Et tunc thema nō est interrogatio sed est ibi verſus. Existis videre hominē mollibus vestitum. Q̄tum ad primū allegoria grece dicit̄ ab allegō id est. alienū vel extraneum et locutio id ē aliena siue extranea locutio. quādo factū vel dictuz de vno exponit̄ de alio. sicut quādo ista verba. Et istis videre rē. que fuerunt dicta de beato iohāne baptista exponunt̄ d̄ christo s̄m illa q̄ de christo debemus credere. Cum igit̄ dicit̄. Existis videre ho. rē. id est. christū mollibus vestitū. loquit̄ p̄sonis penitentib⁹. Pro quo sciendū q̄ sicut sunt duo aduentus christi p̄ncipales. p̄mus de incarnatione humanali. secund⁹ de retributiōe iudiciali. p̄mus est iam p̄teritus. scd̄s est futurus. sic inuenio q̄ christus est indut⁹ diuersis vestib⁹ quia s̄m p̄mū aduentum est indutus mollibus vestibus. s. misericordie et pietatis siue benignitatis et nō asperitatis s̄m q̄ fuit ostensum beato iohāni euangeliste in quadam contemplatiōe in qua audiuit vocem de celo dicentem sibi. Leua oculos tuos et vide. Et visa visione ip̄am scripsit di. Vidi septem candelabra aurea et in medio septē candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere et p̄cinctum ad mamillas zona aurea. Apocal. j. Nota q̄ illa septē candelabra aurea sunt septem status christianorum in quibus consistit tota virtus et p̄fectio christianorum vel christianitatis. Dicunt̄ aurea p̄pter fidem et charitatem quam debent habere. Primus status est dñorū temporalium. scz impatorum regum rē. et in isto candelabro debet ardere lucerna iusticie scz ministrare iusticiam omnibus generaliter tam magnis q̄ p̄uis. tam diuitibus q̄ paupibus taz priuatis q̄ extraneis tam amicis q̄ inimicis rē.

Secūdus est p̄latorum ecclesiasticorū. in istis debet ardere lucerna diligentie. curando de aīa bus vt saluentur bonis doctrinis exemplis et sacramētis. Tertius est religiosorum. in istis debet ardere lucerna obedientie nō solū in votis essentialibus seruādi. sed etiā in ceremonijs et alijs ordinationibus bonis. Quartus est simplicium clericorum sine cura animarū. in istis debet ardere lucerna sanctimonie viuendo honeste et caste considerando officium quod habent in ore consecrandi. in manibus corpus christi tractandi. in corpore cōmunicandi. Quintus est coniugatorum. in istis debet ardere lucerna amoris et beniuolentie mutuo se diligentes et proles nutriendes s̄m dei voluntatem. Sextus est continentium viduorum et viduarum. in istis debet ardere lucerna penitentie. quia tales sine p̄iudicio p̄tis possunt opa facere penitentialia. sec⁹ de coniugatis. Septimus est virginū in quo debet ardere lucerna abstinētie ciborū et deliciarum corporalium. quia sic conseruat̄ virginitas In his septem statibus stat̄ tota christianitas q̄ sunt septem candelabra lucētia in conspectu di Apocal. j. Et in medio septem candelabrorū aureorū simile filio hominis. scz christum qui est in medio istorum septem statuum. Ratio quia dicit̄ philosophus q̄ medium p̄cipat naturam extremorum vt patet. Si essetis in medio int̄ ignē et niuem rē. Sic christus fuit in medio quia participauit cum septem predictis statibus. Cū dominis temporalibus qui habent prouidere multis personis. sic et christus rex regum et dominus dominantium. Apocal. xix. prouidit in deserto vltra quinqs milibus p̄sonis. Item cum prelati ecclesiasticis quādo in die generis sancta in pontificalibus dixit missam cum indumētis rubeis. Mitra eius fuit corona spinea. Anuli clauī. sandalia pedum clauī. Diaconus fuit latro dexter. subdiaconus latro sinister. Accoliti virgo Maria et Iohānes euangelista. Ad heb. xix. Christus existens pontifex futurorū bonorū rē. vbi septem vicibus cantauit. Tertio p̄cipauit cum religiosis. quia nunq̄ voluit habere aliquod p̄rium. Matth. viij. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quarto cū clericis simplicibus dicēdo missam submitte in die iouis scā in cenaculo. Dauid. Tu es sacerdos in eternum s̄m ordinē melchisedech. ps. cix. et ad heb. viij. Contestor em̄. inquit aplūs. qm̄ tu es sacerdos in eternū s̄m ordi. mel. Quinto cum cōiugatis quia eius sponsa est ecclesia Iob. iij. Qui habet sponsam sponsus est. Ideo Dauid. Ipse tanq̄ sponsus p̄cedens de thalamo suo. Sexto cum viduis seu continentibus. s. in triduo passionis quādo p̄didit sponsam. id est. ecclesiam vel societatem apostolicā p̄ incredulitatem christianorū Septimo cum virginibus. quia fuit sanctus in-